No. 2.

No. 2) Thornton-le-Street

No date.

Robert de Maltby, and Sibilla his Wife
to
Robert de ~~Elgeorth~~ Olgethon, and Constance his Wife

Grants six Bovates of Land in Thornton le Street in Exchange for two Bovates of Land in Maltby & 30 marks

To be holden of Alan de Bonnington and Berta his Wife

Paying to them annually 40/-

No. 2. Thornton le Street

Sciant omnes presentes et futuri quod Ego Robertus de Malteby et Sibilla uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra
confirmauimus Roberto de Elgetorp et Constancie uxori eius sex bouatas terre cum pertinenciis in Thorneton in Strata cum
quodam capitali mesuagio in escambio pro duabus bouatis terre in Malteby et in emptionem triginta marcas quas nobis dederunt in [illegible]
Habendum et tenendum eisdem Roberto et Constancie et heredibus uel assignatis eorum et eorum heredibus de Alano de Bonington et Berta
uxore sua tota uita ipsorum Alani et Berte in feodo et hereditate libere quiete et pacifice. Reddendo annuatim eisdem Alano et
Berte uxori sue quamdiu uixerint quadraginta solidos sterlingorum scilicet ad Assencionem domini viginti sol. et ad festum sancti
Martini in yeme viginti sol. et unam libram piperis ad Pascha domini uel duodecim denar. et unum par calcarium albarum
uel tres denar. pro omni seruicio consuetudine exactione secta curie et demanda. Et post decessum predictorum Alani et Berte red-
dendo eorum heredibus quadraginta sol. in terminis prenominatis et capitalibus dominis feodi omnia alia seruicia que pertinent ad
predictum tenementum. Et Ego Robertus de Malteby et Sibilla uxor mea et heredes nostri totam predictam terram cum capitali
mesuagio cum omnibus aliis pertinenciis suis predictis Roberto et Constancie et heredibus uel assignatis suis et eorum heredibus contra
omnes homines warantizabimus adquietabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium Ego Robertus de Mal-
teby presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus. domino Alano de Wassand. domino Richero fratre eius. domino Petro
de Wassand. Alano de Bonington. domino Willelmo de Thorneton [illegible]. Hugone de Thorneton. Rogero de Feke. Roberto
[illegible] de Brancheton [illegible] et aliis

Robert de Maltby & Sibilla his Wife
to
Robert de Olgetorp & Constance his Wife

Grant of Six Bovates of Land in Thorton le Street in Exchange for 2 Bov. in Maltby & 30 marks.

Thornton le Street “Number 2”

1. Sciant omnes presentes et Futuri quod Ego Robertus de Malteby et Sibilla uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra
2. confirmavimus Roberto de Edgetona et Constancie uxori eius sex bovatas terre cum pertinenciis in Thornton in Strata cum
3. quodam capitali mesuagio in escambio pro duabus bovatis terre in Malteby et insuper pro triginta marcis quas nobis dederunt premanibus
4. Habenda et tenenda eisdem Roberto et Constancie et heredibus vel assignatis suis et eorum heredibus de Alano de Bonington et Berte
5. uxore sua tota vita ipsorum Alani et Berte In Feodo et hereditate libere quiete et pacifice Reddendo annuatim eisdem Alano et
6. Berte uxori sue quamdum vixerint quadraginta solidos sterlingorum scilicet ad assencionem domini viginti solidos et ad Festum sancti
7. Martini in yeme viginti solidos et unam libram piperis ad natale domini vel duodecim denarios et Unum parem calcariarum albarum
8. vel tres denarios pro omni servicio consuetudine exaccione secta curie et demanda. Et post discessum predictorum Alani et berte Red-
9. –dendo eorum heredibus quadraginta solidos terminis prenominatis et capitalibus dominis feodi omnia alia servicia que pertinent ad
10. predictum tenementum Et Ego Robertus de maltebi et sibilla uxor mea et heredes nostri totam predictam terram cum capitali
11. messuagio cum omnibus aliis pertinenciis suis predictis Roberto et constancie et heredibus vel assignatis suis et eorum heredibus contra
12. omnes homines Warantizabimus adquietabimus et inperpetuum defendemus In cuius rei testimonium Ego Robertus de mal-
13. –tebi presenti scripto sigillum meum apposui Hiis testibus domino Alano de Wassand domino Richero fratre eius domino petro
14. de Wassand Alano de bovington domino Willelmo de Thorniton Vicario Hugone de Thorniton Rogero de leke Roberto
15. et hugone de Braithwath et aliis.

Thornton “Number 2” English

1. All should know as much those present as future that I Robert of Maltebi and Sybil my wife did give and did grant and confirm with this our present charter
2. to Robert of Egerton and Constance his wife 6 bovates of land with appurtenences in Thornton in Strata with
3. a certain capital messuage in exchange for 2 Bovates of land in Maltebi and moreover for 30 marks which they gave to us cash in hand
4. to have and to hold to the same Robert and Constance and their heirs or assigns and to the heirs of them from Alan of Bonington and Berta
5. his wife for the whole life of the same Alan and Berta In Fee and inheritance freely quietly and peacefully By rendering annually to the same Alan and
6. Berta his wife while they should live forty shillings of sterling namely at the Ascension of the Lord twenty shillings and at the feast of Saint
7. Martin in Winter twenty shillings and one pound of pepper at the birth of the Lord or twelve pence and one pair of white spurs
8. or three pence for all service custom exaction suit of court and claim And after the decease of the aforesaid Alan and Berta
9. by rendering to their heirs forty shillings at the aforesaid terms and to the chief lords of the fee all other services which pertain to
10. – 12. the aforesaid tenement And I Robert of Maltebi and Sybil my wife and our heirs will guarantee will acquit and in perpetuity will defend all the aforesaid land with the capital messuage with all the aforesaid appurtenances to Robert and Constance and to their heirs or assigns and to the heirs of them against all men In testimony of which matter I Robert of Mal-

   13. -tebi have affixed my seal to the present writing with these witnesses with the lord Alan of Wassand the lord Richard his brother the lord Peter

   14. of Wassand Alan of Bonington lord William of Thornton Vicar Hugh of Thornton Roger of Leke Robert

   15. and Hugh of BraithWath and others.